

1599 gennaio 11, Brescia.

Contratto di assunzione di Ludovico del Cornetto come musico salariato del Capitolo del duomo di Brescia.

Brescia - Archivio Capitolare: fald. 33, cc. 60r-61r (notaio Giovanni Pietro Sandrinello).

Ediz.: CASANOVA, 1990, doc. 249.

---

### Conductio Domini ludouici cornalis musici à Cornetto<sup>1</sup>

IN Iesu Christi nomine etc. Millesimo quingentesimo nonagesimo nono Indictione duodecima die lunæ vndecimo mensis Ianuarij, in Camera residentiaē *infrascripti* Illustris et admodum Reuerendi Domini fausti Melarij {vicarij et}<sup>i</sup> Canonici sita in Episcopali Palatio brixiaē presentibus Magnificis et nobilebus Dominis Camillo coradello, eti lactantio physoneo ciuibus, et habitatoribus brixiaē testibus etc.

Illustres et admodum Reuerendi Domini faustus Melarius Vicarius Generalis in Episcopatu, ac poenitentiarius et cantor, et tranquillus Soldus ambo Canonici Ecclesiae cathedralis brixiae et ad hoc specialiter electi, et Deputati A Reuerendo capitulo Reuerendorum Dominorum Canonorum eiusdem Ecclesiae, Instrumento à me notario *infrascripto* rogato die trigesimo mensis decembris proxime preteriti, ad quod et uterque eorum presentes, et agentes pro sese nomine, et uice dicti Reuerendi Capituli, ac illius Reuerendorum dominorum Canonorum presentium et futurorum omni meliori modo etc. Conduxerunt, et conducunt in annos tres continuos caeptos Kalendis decembris proxime preteriti, dominum ludouicum filium ser Pauli de Cornalis ciuis, et habitatori || [c. 60v] brixiae in contrata plateae magnae musicum à Cornetto, qui presens et agens pro se etc. et in presentia, cum consensu, et auctoritate predicti ser Pauli eius patris omni meliori modo etc. eis stipulantibus utsupra conuenit, et solemniter promisit praestare operam Suam, et seruire ipsi Reuerendo Capitulo in choro circa musicen quotiescunque fiet, ut aiunt, Capella, in triennium predictum utsupra. caeptum. Quamobrem predicti Illustres et admodum Reuerendi Domini Conducentes agentes utsupra teneantur, et ita omni meliori modo etc. conuenerunt, et solemniter promiserunt dare soluere, et numerare predicto domino ludouico stipulanti et acceptanti utsupra pro eius mercede seu Salario Singulo anno, et ad rationem anni donec presens conductio durauerit, Scutos triginta ad rationem berlingottorum septem pro quoque Scuto. Ea tamen lege, et conditione expresse adiecta mutua, et solemnī stipulatione Interueniente firmata, et uallata, Sine qua etc. et cum qua etc. uidelicet Quod si predictus dominus ludouicus defecerit compiere triennium antedictum, et sic prestare operam Suam et seruire in omnibus prout Supra is ipso iure, et facto amittat, et amittere debeat Salarium seu mercedem sic utsupra ei constitutum, pro eo tempore, quo seruerit in preteritum, quod seu quam dicto casu iam receptum teneatur et ita omni meliori modo etc. conuenit, et solemniter promisit restituere predictis Reuerendis Dominis conducentibus stipulantibus utsupra et ultra etiam eis reficere omnia et Singula damna, Interesse et expensas, quae et quas facerent et paterentur in Iudicio uel extra causa et occasione ipsius defectus, eorum simplici Iuramento Super pectus conscientiae Suae more religiosorum liquidanda pro quibus exigendis ac Salario iam Soluta repetendo contra eum uti condemnatum peri sententias conformes ab eo comprobatas illico concedatur, et concessa Intelligatur Executio, citra ullius prorsus Iudicis taxationemi aut alium actum Iudiciarium, non obstante statuto Sub Rubrica Quod clericis, et Ecclesiasticis personis etc. et quocumque alio contrarium || [c. 61r] dispo-

---

<sup>1</sup> Nel margine sin.: «1599 XI Ianuarij». Segue, sempre nel margine: «Nota quod hoc Instrumentum cadebat Supra proxime».

nente, quibus ipse *dominus ludouicus agens ut supra* omni *meliori* modo etc. Renuntiauit, et renuntiat, pacto *Sine quo* etc. et cum quo etc. Et pro maiore cautione *predictorum Reuerendorum dominorum* conducentium *agentes ut supra* *predictus dominus ludouicus agens ut supra* presentauit, et presentat prefatum ser Paulum *eius patrem*, qui *agens*. pro se etc. omni *meliori* modo etc. fideiussit, et se fideiussorem et correum *Insolidum* et *principaliter* constituit una cum ipso *domino Ludouico* eius filio erga *predictos Reuerendos dominos* conducentes *stipulantes* et *acceptantes ut supra* in omnibus et per omnia, et ad omnia prout conuenit, et promisit ipse *dominus ludouicus* in hoc *Instrumento* Renuntians proinde, ac Renuntiauit Idem ser Paulus *agens ut supra* beneficio *Episcopalæ* [!] duci *Aduersarium* ac nouarum *constitutionum* de duobus seu pluribus reis debendi, et de fideiussoribus certioratus etc. Promittentes etc. obligantes etc. uidelicet *predicti Reuerendi Domini Deputati* conducentes bona *predicti Reuerendi Capituli*, *predicti uero pater*, et filius de cornalis, et uterque eorum *Insolidum* et *principaliter* personam et omnia et *Singula* Sua bona *præsentia* et *futura* pignori, et hypothecæ, *Renuntiantes* etc. et ipse *dominus ludouicus* Iurauit etc. tactis scripturis etc. *predicta omnia et Singula* ueral fuisse, et esse, eaque attendere seruare {et adimplere}<sup>i</sup> et non *contrafacere*, nec *contrauenire* etc. et *maxime ratione* minoris ætatis, Iurans se agere annum decimum nonum ætatis Suæ, et *habilitatem* etc. Subyciens etc.

De quibus omnibus rogatus fui Ego Ioannes Petrus Sandrinellus *notarius infrascriptus publicum* conficere *Instrumentum* ad *Laudem Viri sapientis*. –